cenobitis fonde visceribus
Ac licet in carmine munere sepulcrum
ipsum flore purpureo et suaue
redolentibus sparge grami-
nibus. Dices tamen illi sed
non aspere, non acerbe compa-
tientis alloquio non exspro-
brantis elogio quod si uel
te quondam uel me semper
audire uoluisset et marti-
num magis quam illum quem
uocare nolo secutus fuisset immu-
tatus numquam a me tam cru-
deliter disparatus ignoti
pulueris regione tegeretur.
naufragi forte predonis passus
in medio mari morte et uix
in extremo nactus litore se-
pulturam. Videat hec hoc opus
suum quicumque exsilium absesse
michi uocare uoluerunt. Vide-
ant gloriam suam et uel nunc
aduersum me grassari desi-
nant crudelitati. Hec cum magis
flebili uoce gemebundus cum
lacrimis per ira lamenta
commotis cum magna quidem
martini admiratione sed non
minore cenobitis fletibus
dolore dispessum est

Explicit liber
tertius

Quodam itidem die cum in
area que parua admo-
dum tabernaculum illius
ambiebat in illo suo quod
nostis omnes sedili ligneo re-
sedisset uidet duos demones
in excelsa illa que mona-
sterio super eminet rupe
consistere. Inde alacres ac
letos uocem instrumento ad
hortationis emittere: Eia
te brictio: Eia te brictio. Cre-
do cernebat miserum enim
propinquante consilii quanta
illi rabiem spes suscitassent.
Nec mora brictio furibun-
dus irrupit illi plenus in-
sania euomit in martinum
mille conuitia Obiurgatus
enim pridie ab eo fuerat eo
qui nichil umquam ante cle-
ricatum quippe qui in mona-
sterio ab ipso martino nutritus fuerat
fuisset equos aleret man-
cipia compararet. Nam illo
tempore arguebatur a multis
quod non solum pueros sed etiam
puellas scitis uultibus coemisset
Cumque his rebus infelicissimus
insano felle commotus et ut
credo precipue demonum illorum
agitatus instinctu martinum
ita agressus est. Ut uix
manibus temperaret. Eum quidem

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. 271r – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/fr/vad/0070/271r)